

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Gula c
cum fonte primo

Male domine seruitur gule que
semper expetit, numquam expletur. Quid
enim insatiabilis uentre? Hodie
suscipit, cras exigit. Cum impletus
fuerit, disputatur de continencia; cum
digesserit, uale uirtutibus dicitur.

Ambrosius in sermone de ieiunio.

Malae dominae seruitur gulae, quae
semper expetit, numquam expletur. quid
enim insatiabilis uentre? Hodie
suscipit, cras exigit. cum impletus
fuerit, disputatur de continencia: cum
digesserit, uale uirtutibus dicitur, quaerit
luxuriam.

Ambrosius Mediolanensis, *De Helia et
ieiunio*, 8, 26 (CSEL 32.2, C. Schenkl
ed., p.426, ll.16-19).